UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Commissarij

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

Cæci deobligantur à recitatione divini officii.

9. Probabile eſt ſecundùm Pellizzarium, cœcos deobligari à recitatione divini officii, etſi memoriter ſciant Pſalmos, nec teneri admittere ſocium, quamvis ultro ſe offerat ad recitandum, licèt ſolitus fuerit uti ſocio in recitatione, quia facultas recitandi cum ſocio eſt privilegium, quo quis liberè poteſt non uti. Vide plura *ibi part.* 9. *tractat.* 9. *reſolutione* 29.

COMMISSARII.

Commiſſarii agẽtes ſimul negotia multorum, non poſſunt integram à ſingulis mercedem accipere.

1. COmmiſſarii, eodem tempore, & loco multorum negotia efficientes, ex doctrina Leſſii *lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 5. *num.* 28. poſſunt integrum à ſingulis ſalarium exigere: nam æquè utiliter negotia multorum ſimul agunt, ac ſi agerent ſeorſum: ſed tenendum cum Hevia *in Labyrintho lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. ſumere ſolùm poſſe à ſingulis ratam: quia ubi quis operam ſuam vendidit uni, tunc ex juſtitia debetur illi, & non poteſt alteri vendi. Cæterum, quidquid ſit in aliis Regnis, in Regno Siciliæ opinio

Præſertim in Regno Siciliæ.

Leſſii, non poteſt practicari ex legibus municipalibus. *part.* 3. *tractat.* 15. *reſolut.* 76.

COMMISSARIVS CRVCIATÆ
Vide etiam Oratorium.

Cõmiſſarius Cruciatæ poteſt diſpẽſare in omnibus irregularitatibus, paucis exceptis.

1. COmmiſſarius Cruciatæ diſpenſare poteſt ſuper quacunque irregularitate, excepta illa, quæ oritur ex homicidio voluntario: ſimonia, apoſtaſia à fide, hæreſi, aut mala Ordinum ſuſceptione. *p.* 1. *tr.* 11. *reſol.* 110. *&* 115. §. *Igitur.*

Itaque poteſt in irregularitate proveniente ex delicto, quamvis publico. Ex homicidio caſuali,

2. Itaque poteſt diſpenſare ſuper irregularitate proveniente ex delicto etiam publico, quia hoc non excipitur. Ita Villalobos *tom.* 1. *tr.* 27. *clauſ.* 13. *nu.* 6. *part.* 1. *tract.* 11. *reſol.* 111. Item in irregularitate homicidii caſualis, & injuſtæ mutilationis. Ita Rodriguez *ad* §. 13. *num.* 2. *part.* 1. *tr.* 11. *reſol.* 112.

Aut mutilatione.

3. Irregularitas ex hæreſi non eſt diſpenſabilis per Commiſſarium Cruciatæ *part.* 1. *tr.* 11. *reſol.* 114. Nec irregularitas ſimoniæ. *Ibid. reſol.* 113. nec irregularitas ex mala Ordinum ſuſceptione proveniens. *part.* 1. *tract.* 11. *reſolut.* 115. quæ quando incurratur. Vide *verb. Irregularitas, à num* 29. Poteſt tamen ſecundum Villal. *tom.* 1 *tr.* 27. *clauſ.* 13. *n.* 8. diſpenſare in irregularitate bigamiæ ſimilitudinariæ, & ejus quæ oritur ex delicto; non autem interpretativæ, *ibid.* § *ita.*

Minimè verò ex ſimonia.

Aut hæreſi. Nec ex mala Ordinum ſuſceptione. Poteſt tamen ſecundũ aliquos in bigamia ſimilitudinaria, & ex delicto.

4. Commiſſarius Cruciatæ poteſt in foro conſcientiæ diſpenſare in affinitate conſurgente ex copula fornicaria in primo, & ſecundo gradu, (tam in linea tranſverſali, quam recta *part.* 1. *tract* 11. *reſolut.* 117.) Dummodo matrimonium cum illo impedimento occulto jam ſit contractum bona fide ſaltem alterius (cui nullitas poſtea declaretur ſaltem in genere, non autem cauſa, ut vitentur ſcandala. *Ibid. reſol.* 116. in fine, & 119.) Et hæc omnia habentur in conceſſione Pontificis facta dicto Commiſſario. Ita Sanchez *de matrimon. tom* 3. *l.* 8. *diſp.* 6. *num.* 23. *&* *diſput* 3. *num.* 2. *Ibid. reſol.* 116. Occultum verò dicitur impedimentum in caſu noſtro, non quòd non poteſt probari, ut ſentit Graſſius *tom.* 2. *cauſ.* 2. *num* 20. ſed eo modo, quo occultum accipitur in Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. quando concedit facultatem Epiſcopis diſpenſandi in irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, quod ſcilicet non eſt publicum, quamvis notum aliquibus. Ita Sanchez *tom.* 3. *lib.* 7. *diſp.* 3. *num.* 26. *part.* 1. *tractat.* 11. *reſolut.* 118. Adverte autem, quod ſi denuntiationes culpabiliter eſſent omiſſæ, etiam matrimonium contractum eſſet coram Parocho & teſtibus, non poſſet Commiſſarius diſpenſare. Ita Villalobos *tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 13. *n.* 14. *ibid. reſol.* 117. §. *Notandum.*

Cõmiſſarius Cruciatæ poteſt diſpẽſare in matrimonio contracto cum impedimento affinitatis.

Concurrentibus certis circumſtantiis.

Niſi denunciationes eſſent culpabiliter omiſſæ.

At pro publicatione Indulgentiarum nihil poteſt accipere.

5. Commiſſarius Cruciatæ, ſtantibus verbis poſitis in Bulla Latina non poteſt aliquid recipere pro revalidatione, ſeu publicatione Indulgentiarum, quæ abſque ejus licentia publicari non poſſunt: neque pro jure laboris. Et in quodam conſeſſu Doctorum hic Panorm. de mandato Eminentiſſimi Cardinalis ab

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN